







*St. Domingo und die seine empfindlichen*



44154146



380|44|541 46(5)

DISPV TATIO PANDECTARVM  
VICESIMA.

822

DE IVRE E M-  
PHYTEVTICO.

Quam  
*AVSPICE CHRISTO ET  
PRÆSIDE D. FRIDERICO DASYP-  
dio I.V.D. in alma vniuersitate IVLIA  
babuit*

PAVLVS GOLTSTEIN  
Megapol.

*Loco & horis solitis.*



HELMSTADII  
Excudebat Iacobus Lucius. Anno  
M. D. XC.

MAGNIFICO, CLARISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO VIRO, D. HIERONYMO SCHVLTEN, I. V. D.  
ac Illustrissimorum Ducum Holsatiae nec non Saxoniae Cancellario dignissimo,

*Domino & affini suo summè honorando,*

Hasce de iure Emphyteutico propositiones consecrat dedicatq;

PAVLVS GOLTSTEIN.

  
EPIGRAMMA AD LITERATISSIMVM  
IVVENEM PAVLLVM GOLDSTEIN, CHILIANI ICTI FILIVM.

**V**IM metuens diuina THEMIS, loca tuta requiram  
Dixit, & hospitium dulce parabo mihi:  
Patronosq; legam, quorum mihi cura laborem  
Demat, & officijs sollicitudo beet.  
Ispitiū m̄nox HALA parat domus ampla patronos  
Cui lapis aureolus nomen haberē dedit.  
Quis geminos nescit CHILIANOS; lumina seclis?  
O capita æterna commemoranda tuba!  
At vos, progenies tantorum clara virorum  
Tutores huius este, manete, Deæ.  
Strata via est sīnūl & feliciter alea iacta  
Quod restat dulci est dulcius ambrosia.

Henricus Meibomius, Poeta Laureatus Cesarius, & in IVLIA  
acad. professor publicus f.

**P**Mphyteusis est contractus a iuris ciuilis b, nominatus c stricti iuris d, quo dominus prædium vtendum fruendum Emphyteuticario concedit, ea lege vt id melius & cultius reddat, & certam annuam pensionem præstet e.

a l.1. & 2.C.de iur. Emphyt. §. adeò inst. de locat. & conduct. b Accur-  
sius in § ius autem gent. sup verbo penè Inst. de iur. N. G. & C & in l. ex hoc  
iure ff. de inst. & iur. quem communiter interpp. sequuntur, licet Hottomanno  
in d. §. ius autem gent. & in d. §. adeò. Corrasio in rubrica C.h.t.nu. 8 & lib. 1.  
mischell. c. 21. Et Francisco Conano lib. 7. c. 21. hoc displiceat. c Paris: consl.  
77 nu. 12. lib. 3. d Iason in l. 1. nu. 67. C. eodem, contrarium quod sit bone fidei  
tenent Conanus lib. 7. c. 12. V Vesenb. in d. §. adeò nu. 8. e Iac. Cuiat. in c. vn.  
qui success: ten. in usibus feed.

2. Et diuiditur in ecclesiasticam & ciuilem.

Ferrar. & Coras. ad tit. C. h. t. in pr. Iul. Clarus in §. Emphyteusis q. 6.

3. Ecclesiastica est, cum ab ecclesiasticis bona non satis culta,  
adhibita causæ cognitione, in emphyteusin conceduntur a: Ciuilis,  
quando a laicis alicui excolenda in Emphyteusin dantur b.

a c potuit ext. a locati auth. si quis ruinas C. de SS. Eccles. Nou. 7. & Nou.  
120. vbi d. b l. 1. & t. t. C. h. t. l. 1. & t. t. ff. eod.

4. Constituitur vero emphyteusis mutuo contrahentium con-  
fensi, iuxta formam quam à lege Zenoniana fortita est.

d l. 1. C. h. t. d. §. adeò.

5. Quæ emphyteuseos contractus propriam statuit naturam,  
neq; ad locationem neq; ad venditionem inclinantem, sed suis pa-  
ctionibus fulciendam.

Institutio in d. §. adeò & Zenone in d. l. 1. au. Toribus.

6. In hoc tamen contractu cuncta, quæ inter vtrasq; contra-  
hentium partes placuerint, quamvis naturæ contractus repugnet,  
firma illibataq; perpetua stabilitate modis omnibus custodienda  
sunt.

d. l. 1. & 2. vbi Bart. C. h. t. Myns. ad d. §. adeò nu. 22.

7. Emphyteusin autem non uno sed pluribus modis constitui

certum est. Constituitur enim vel simpliciter, vel ad certum tempus, vel ad generationem certam, vel deniq; in infinitum.

*d.l.i.l.vlt.ff.h.t.Nou.120.c.5. & 6. §. licentiam d. s. adeò Dn. Borch. in tractu. feud. c. 3.nu.13.*

8. Civilis emphyteusis simpliciter constituta, nulla filiorum nec heredum facta mentione, non modò ad emphyteutæ filios filiæ, nepotes neptesue, reliquosq; descendentes; verum etiam ad extraneos heredes transit *a*: Ecclesiastica ad omnes emphyteutæ duntaxat descendentes pertinet *b*.

*a Iul.Clarus in d. §. Emphyteusis quest.28. b Nou.120. vide Dn. Borch. modi d. o. 3 nu. 14. ubi refert hanc sententiam communiter esse receptam licet eam post multos alios Couerru.lib.2.variar.resol.c.17. in 5. conclus. non probat.*

9. Emphyteusis civilis ad certum tempus constituta, ad quoscunq; heredes intra præscriptum tempus deuoluitur. In ecclesiastica solummodò descendentes, vsq; ad præfinitum annorum numerum succedunt, & illis ante completum annorum numerum defientibus, ad ecclesiam reuertitur.

*Iul.Clarus in d. §. Emphyteusis quest.28. Roland. à Valle consil. 96. nu. 4. in 1. volum.*

10. Ea quippe natura est emphyteuseos ecclesiasticæ, vt si id nominatim non sit actum, ad extraneos non transeat.

*Imola in l.ex factu nu. 14. de hered. instit. Ruinus consil. 23. nu. 34. lib. 4. Ale- xand. consil. 23. nu. 4. lib. 1.*

11. Quod si ad certam generationem concessa fuerit, ad solos descendentes indistinctè, vsq; ad generationem in concessione expressam, spestat.

*Iulus Clar. in d. §. emphyteusis quest. 28. quem sequitur Dn. Borch. d. o. 3. nu. 16.*

12. Sic distinctione illa non vtimur, cum emphyteusis in perpetuum constituta est. Vtraq; enim & hoc casu, si quidem emphyteuta pro se & filijs suis eam accepit, ad solos descendentes pertinet *a*. Si pro se & heredibus quibuscunq; ad descendentes & extraneos *b*.

*a Didac.Couer.lib.2.var: resol.c.18.in 5.conclus. b Ant. Gab. Rom.lib. 6. com. conclus.t. d.v.s. conclus. 4.*

Ac-

13. Acquiritur etiam emphyteusis præscriptione, si quis per legitimum tempus tanquam emphyteuta fundum possederit, & domino quotannis, in recognitionem dominij, canonem præstiterit.

*argumento c.viii. §. si quis per 30. si de feud. defu. content. sit in usibus feud. latissime Balbus in tract. de prescript. part. 7. quæst. 8.*

14. Consistit autem emphyteusis in rebus, quæ vusu & cultura meliorantur, cuiusmodi sunt res soli.

*d.l.1. ff. h.1. l. si. cum venditor 66. ff. de entit. d. §. adeò*

15. Quarum ususfructus licet in emphyteuticarum transferatur, non tamen idcirco liberam alienandi potestatem consequitur. Nam si rem emphyteuticam alteri vendere velit, cogitur in primis domino denunciare, an ipse velit emere pro tali precio, quod alias solvere paratus est.

*l.3.C.b.t. Snelid. ad d. §. adeò nu. 12. Socin. consil. 70. nu. 14. lib. 3.*

16. Et si dominus post huiusmodi denunciationem, intra duos menses prædium emphyteuticum non emat, potest emphyteuta, etiam domino inuito, ius suum cui volet vendere.

*d.l.3.V. sin autem constant. Harmenop. lib. 3. Epitom.*

17. Dummodò his personis vèdat, quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari, ad huiusmodi venire emptionem.

*d.l.3.V. his tamen personis.*

18. Ac dominus, si eo quo diximus modo, venditio composita sit, nouum emphyteutam accipere iuris necessitate astringitur.

*d.l.3.V. necessitatem autem.*

19. Ipse autem dominus nouum emphyteutam vel per literas suas, vel per depositionem apud magistrum census, vel præsentibus tabularijs per attestationem, vel deniq; in prouincijs per præfides vel defensores, in possessionem suscipere tenetur, non per conductorem vel procuratorem.

*d.l.3.V. sed nouum.*

20. Dominus tamen, ut nouum emphyteutam gratis suscipiat, cogi nullo modo potest, sed pro susceptione quinquagesimam partem precij, vel estimationis loci, qui ad aliam personam transfer-

etur (quam dd. vulgo appellant laudemum) & ab eo recte exigit b.

a Budens in l. Herennius de eniction.

b d.l.3.V. ne auaritia.

21. Sed utrum emphyteuta ius suum, quod in praedio emphyteutico habet, sine domini consensu alteri possit donare, anceps est quæstio. Et affirmantium sententia ut communiori, ita etiam veriori subscribendum non ambigimus.

*l.fin.C.de præd: Decur.sine decret.non alien.lib.10.l.1.C.de fund.patrimon.lib.11.*

*Accursius in d.l.3.sup.verbis, alijs vendere. In contraria sententia est antiquus*

*glossator Irnerius in d.l.3.Cuius sententiam probat Bart in l. si domus §. fin.*

*nu.2.de legat 1.*

22. Sic emphyteutæ prædiuin emphyteuticum, inscio domino, alteri oppignorare a, in dotem dare, ad modicum tempus locare b licere autem amamus.

a gl.in d.l.3.sup.verbis alijs vendere & ibi Iason.nu.78.

b Alexand. confil. 119. nu. 7.

23. Quin etiam in eo, domini consensu non impetrato, seruitute constituere possit, in dubium non vocamus.

*Iulus Clarus in d. §. Emphyteusis quæst. 21. Dn.Borch. d.c.3. nu. 43.*

24. Ulterius si nihil de periculo rei, in emphyteusis datæ, præstando fuerit pactum, tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum iure cautum est.

d.l.1.V.it a vt si C.h.t.d. §. adeo in fin.vbi Faber & Angel.

25. Sin vero particolare vel aliud leue contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus ladatur substantia, hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet ascribendum.

per iura modo adducta.

26. Hinc liquidò constat, eum ob interitum partis rei emphyteuticæ, sterilitatem, hostium incursum & bellorum calamitates à solutione canonis neq; in totum liberari, neque pro parte ei pensionem diminui, nisi forte ea perpetuo durent.

*Iason.in d.l.1.nu.83. C.h.t. Albericus ibidem nu. 7. vbi scribit se vidisse communiter hanc sententiam ita obseruari.*

27. Verum num vice versa obvertatem fructuum pensio annua

nua augeri possit à domino, quæstionis est? Et non posse obtinuit.

Ferrar. in d.l. C.b.t. Iul. Clari in d. s. emphyteufis nu. 2.

825.

28. Porrò cum omne id, quod ligatum est, solubile sit *a*, consequens est, ut quo pacto emphyteufis constituta rursus extingatur, videamus.

*a Non. 22. s. nuptias itaq.*

29. Idquæ vero vel sine culpa emphyteutæ, vel culpa interueniente accidit.

*dd. in l. 2. C. h.t.*

30. Sine culpa finitur præscriptione, finita generatione & tempore, ad quod emphyteufis constituta erat elapsio.

*Iulius Clarus in d. s. Emphyteufis quæst. 43. V. Ves in paratit. ff. b. t. nu. 2.*

31. Culpa autem emphyteutæ extinguitur, si canonem in ciuili emphyteufi intra triennium *a*, in ecclesiastica intra biennium *b* non soluerit. Item si apochas fiscales, domino intra triennium non rediderit *c*, iure suo cadit & alijs quibusdam modis.

*a l. 2. C. b. t. b Nou. 7. c d. l. 2. verbis neg, apochas.*

32. Neque potest prætendere, quod non est super hac causa inquietatus, cum neminem oporteat conuentionem vel admonitionem expectare, sed vnumquemque deceat ultero se se offerre, & debitum spontanea voluntate persoluere.

*d. l. 2. V. neg, prætendente.*


33. Emphyteuticarius igitur in mora constituitur, sine vlla interpellatione. Quam vtrum canonem offerendo purgare queat, elegans & in vtrainque partem à dd. est exagitata quæstio? Nos negantium sententiam communi dd. calculo approbatam amplectimur.

*Roland. à Valle cons. 78. nu. 7. in 1. vol. Iason. in d. l. 2. nu. 72. cum multis seqq.  
Myns. obs. 9. nu. 2. cent. 1.*

34. Denique actio, quæ ex hoc contractu tam domino quam Emphyteutæ datur, est condicatio ex lege Zenoniana & canone Gregoriano, competunt & interdicta possessoria & nonnulla alia iuris remedia, pro ut casus inciderit.

*Iason. l. vlt. C. b. t. Corras. l. 1. nu. 10. C. b. t.*

Coro-



# Coronidis loco.

## I.

Ius quod Emphyteuticarius in re Emphyteutica habet, perperam ab interpp. dici vtile dominium, cum hodie vnicum sit dominium & nullum quod vtile dicatur, cum sanioribus quibusdam ICtis asserimus.

*Cuiat. lib. 11. obs. c. 35. Costal. in l. 1. ff. b. t. Duar. in r. anniver-  
sa: disputat. c. 17. Baro lib. 4. de benefic. c. 7. dn. Borch. in tractat.  
feud. c. 1. nu. 13. cum 2. seqq.*

## II.

Magnus est Dd. conflictus, vtrum Emphyteuta, si statuto tempore canonem non soluerit, ipso iure prædio emphyteutico cadat, an iudicis sententia sit opus? Et quamuis ipso iure excidat, *a*nihilo minus tamen sententiam declaratoriam requiri *b*, veritati consentaneum est.


*a* l.2.C. b. t. Tiraq. in l. si unquam supr. verbo reuertatur nu. 76. cum seqq. & nu. 88. C. de renocand. donat. Salicetus & Iohan. Sichardus in d. l. 2. ubi & Antonius de Butri, qui hanc communem esse testatur.

*b* Contrarium statuit Hostiens. & Imola in c. potuit ertra de locato Mynf. cent. 3. obs. 61. And. Gail. in practi. obseruat. lib. 2. obs. 51. nu. 7.

F I N I S.

380/44/54146(5)

X13<4454146500013



colorchecker CLASSIC

